

Daniel

magnā pte volumis detruisse. Audini ego quendam de pceptoribus iudeorum cum susanna verideret historiam: et a greco nescio quo eam diceret esse confictam. illud opponere quod origeni quoque africanus opposuit: etymologias has apud theophrastum schynon schise: et apud theophrastum pzynoi pzyte de greco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare. ut verbi gratia: dicam continuo de arbore ilice dixisse eum ilico peas: et a lentisco in lente comminuat angelus: vel non lente peas aut lentus. id est flexibilis ducaris ad mores: sive aliud quod ad arboris nomen conveniens. Deinde tamen fuisse ortus tribus pueri canillabati: ut in camino est uanquam incendij metro luderent: et per ordinem ad laudes dei omnia elementa provocarent: aut quod miraculum divinumque aspirationis iudicium vel draconem interfectum ossa picis vel sacerdotum belis machinas deprehenas quam magis prudentia solertis viri quam prophetali essent spiritu pertractata. Cum vero abachuc veniret: et de iudea in chaldæam raptum discipulorum lectitaret: querebat exemplum ubi legissemus in toto veteri testamento quemquam scorum gravi volasse corpe: et in puncto horum tanta spatia transisse. Cui cum quidam de nostris latine ad loquendum promptus ezechielem adduxisset in medium: et diceret eum de chaldæa in iudeam fuisse translatum. derisit hoies et ex ipso volumine demonstravit ezechielem in spiritu se vidisse transpositum. Denique et apostolum nostrum videlicet ut eruditus vir et qui leges ab hebreis didicisset non fuisse ausum affirmare se raptum in corpe. sed dixisse: sive in corpe sive extra corpe. nescio deus scit. His et talibus argumentis apocriphas in libro ecclesie fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium relinquens illud ammonere non haberi daniellem apud hebreos inter prophetas: sed inter eos qui agiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnia ab eis scriptura dividitur: in leges: in prophetas: et in agiographa. id est in quinque et octo et in undecim libros de quo non est huius temporis disserere.

320
Que autem ex prophetis. immo et hunc librum porphyrius obiicit. testes sunt methodius eusebius et apollinaris. qui multis versuum milibus eius vesanie respondentes nescio an curioso lectori satisfecerint. Quibus obsecro vos o paula et eustochium fundamur pro me ad dominum preces. ut quod diu in hoc corpore pulcilo sum. scribam aliquid gratum vobis: utile ecclesie: dignum posteris. Presentium quippe iudicium oblatrantium non satis moneor: qui in vitamque partem aut amore labuntur. aut odio.

Explicit prologus. Incipit
Daniel propheta. Capitulum I

Duo tercio regni iochim regis iuda venit nabuchodonosor rex babilonis hierusalem et obsecrat eam et tradidit dominus in manu eius iochim regem iude et partem vasorum domus dei: et asportavit ea in terras senaar in domum dei sui: et vasa intulit in domum thesauri dei sui. Et ait rex affenec preposito eunuchorum ut introduceret de filiis israel et de semine regis et tyrannorum pueros in quibus nulla esset macula: decoros forma et eruditos omnia sapientia. cautos scientia et doctos disciplina: et qui possent stare in palatio regis: ut doceret eos litteras et linguam chaldeorum. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis et vino unde bibebat ipse ut enutriti tribus annis postea starent in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filiis iude. daniel ananias misael et acarias. Et imposuit eis prepositus eunuchorum nomina: danieli balthazar: ananiam sidrac: misaeli misac: et acariam abdenago. Proposuit autem daniel in corde suo ne pollueret de mensa regis neque de vino potus eius: et rogavit eunuchorum prepositum ne contaminaret. Dedit autem deus danieli gratiam et misericordiam

¶ 10